NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

DOM. Hausmann

S. D.

Præſes huius Diſſertationis.

EXeo, quo mihi innotuiſti, tempore, demirari ſatis haut potui inſigne tuum, quo a DEO, omnium bonorum datore, donatus es, iudicium. Nam poſtquam veniſti ad me, neſcio an fortuito an fato, interfuturus collegio, quod publice intimaueram, diſputatorio, ex diſcurſu Tuo, quem contuli Tecum, concinno, iudicium pariter atque diligentiam perſpexi; ſed ne videar in laudes abire, ipſam potius occaſionem conſcriptæ a Te diſſertationis tangam; nempe recordaberis adhuc,

huc, vt puto, quam optime, Te mentionem feciſſe, me præſente, diſſertationis alicuius de Ruſticis Eruditis; ego quidem regeſſi, hæc materia excutienda, multis riſu excipienda videbitur; ſed tuam reponebas cauſam, nempe, quia ad Nomen Tuum adluſionem quandam inſtituere velles. Igitur detinere Te ab hac ipſa materia ventilanda nolui, neque debui. Quapropter ſcripſiſti hanc, quam quilibet videt, Diatriben de Ruſticis Eruditione Claris, ſi quid laudis deprehenderint Eruditione Clari in hac ipſa diſſertatione, Tibi ſoli attribuant. Nam Eruditionis Tuæ plane ſingularis ſpecimina edes plura, ex quibus cognoſcent indubitato, Te eſſe vere Eruditum, qui de Eruditis ſcribere incepiſti. Interea Deus O. M. Eruditionem Tuam ita adaugeat, vt inde ipſius Gloria, Patriæ Emolumentum, propriaque Salus Tua promoueatur. Me autem habebis

Tibi

Obſtrictiſſimum.

HErr Hausmann wird dereinſt/ wie ſchon die Proben weiſen/
In der Mineruen Hauß ein guter Hausmann heiſſen/
Weil ſein bewehrter Fleiß bereits darauf bedacht/
Was Ihrer Trefflichkeit nur Ruhm und Ehre macht.
Wohlan/ wir wünſchen Glück zu ſeinem Unterfangen!
So kan er dermaleins den frohen Zweck erlangen/
Wie man Mineruens Hauß durch klugen Witz regiert/
Wovon Euſebie den gröſten Nutzen ſpürt.

Dieſe ſchriebe dem Herrn *Reſpondenten*/ ſeinem werthgeſchätzten *commenſali* zu Ehren.

M. Chriſtianus Friedericus Ruhe.

IN genii vires exploraturus, *Amice*,
Con ſcribis doctæ ruſticitatis opus.
In quo, quid poſſis, ceu ſola adluſio dicit,
Quam facis ad nomen, *Dulcis Amice*, Tuum.
Quam linguæ valeas vſu, quam viribus audax
Sis, ſatis indicio cuilibet actus erit.
Hinc grator ſpecimen Tibi primitiasque laborum:
Quo bene cepiſti pergere, perge gradu.
Auſibus egregiis adſit! bene cepta ſecundet
Solus cuncta regens omnipotensque DEVS!

Clariſſimo & Doctiſſimo Dom. Reſpondenti, Conterraneo & Amico æſtumatiſſimo de edito hoc ſpecimine gratulari voluit.

I. L. Vietken. S.S. Theol-Cultor.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf